

Bibliothèque numérique

medic@

**Akakia, Martin - candidat / Colletet,
Nicolas - président. - An Gonorrhoea
venae cubiti sectio ?**

1637.

Paris

Cote : ms 76 n°845

QVÆSTIO MEDICA

QVOD LIBETARIIS DISPUTATIONIBVS MANE DISCVTIENDA

IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS XXVI. NOVEMBRIS,
M. NICOLAO COLLETET Doctore Medico, Præside.

845

An Gonorrhœa venæ cubiti sectio ?

GONORRHOEA est inuita & nimia seminis profusio citra venetum, pudentis vel colligantibus, quæ symptoma designat in excretis: perfectum enim semen, quod neutiquam animatum est, sed benignum & quantitate solâ testium excrementum, album, calidum, humidum, spontaneum, ex sanguinis pingui & puriore portione, atque spirituum influentium permixtione, vi testium officiali excoctum elaboratumque ad perfectam animalis generationem; quantumvis excreti auct, in corpore tamen temperato solâ copiâ cum crassamenti, tam spirituum excreticem stimulat, in intemperato & morbofo caliditate etiam excedente expultricem sollicitat: ideo & exasperatâ vel venetâ & glaciâ: eadem de causâ præcepit semen iis effluit qui à venere abstinent, postquam amica nuper fuit & ætior huius Dæ familiaritas. Iis semen tandem sine voluptate effunditur, qui sepius in amplexibus venereos: ingens labor idem præstat, & equitatio lumbos renelq; nimium exercendo eisdem calore fatigat, & prostratum atque parastatum attritu, ceterarumque partium genitalium semen incedit, ut & pectus elu atque frequenti zythi recentis potu: quibus ex causis Gonorrhœa simplex accidit, quæ eos frequenter diuehat, qui impuberes venetum petulant exerceant: In quibus liquida tunc temporis coitu, partes imbecillæ sunt, in quas longâ consuetudine humores abundantius confluent.

VIRULENTA autem eandem agnoscit causam proximam, interperatam prædictam panis calidam iam verò externam, putredinem neque summam in materiâ crassâ, tenaci positam, quæ in semine aut alio humore residet, serpitque in partes intimas spirituum beneficio, quibus nungit partem spermaticæ coitus potissimum tempore, ita vt ex impuro concubitu glandulas & vesiculas quibus tanquam arculis oleum naturale conditur, putredinis labe inquinet, calore in iis partibus præter naturam accenso, unde impetius contingit feminis excretio, in cuius vacuum locû alia succedit materia, quæ eodem vitio labefactatur & calore etiam attrahente, postea fit confluxus humorum undique, in eas partes quæ non amplius semen, sed saniem quandâ virulentam eruant: quidquid enim in iis vasis colligitur, in retrum secundumque virus facessit, quod deinde contagione alium quemvis contaminat, præsertim quando ad testes usque vitium obrepit: principio virus album aut subcitrinum & vasis spermaticis sine sensu excidit, vigilanti pariter atque dormienti: tempore auctâ putredine acrimonia adscit & viscerum apparet, contingitque & quædamvis & quædamvis in iis partibus, cum molestissimo sensu doloris: aut ductum penis in transitu exedit & exulcerat: factum verò iam vlcus effluat dolor totius, qui & in tinguine quasi funem peni subeundit & in emictione tanquam in dysuria acris stimulat.

MALVM est Gonorrhœa mulieribus perinde atque viris commune: ex enim semen emittunt quæ secundum, aliquando masculinum, sine quo virile & spiritus existit, cum tamen à feminarum semine citra virilis opem, aliquando prodire possit mola, nunquam fetus perfectus, quantumvis intem in eam rem fuerit imaginatio. Mulieribus sæpius quam viris per insomnia libidinis aut in attentâ rei venereæ cogitatione semen assatum procidit, magnâ non solum cum voluptate, sed cum partium oblectamentum & quodam atque titillatione: quia earum semen crudiû, aquosius, liquidius ac tenuius est, faciliusque palentudinis irretitur illecebris: sed Gonorrhœa tunc diueratur simplicis, frigida quippe semen emittunt: profuit autem citra vllam veneris titillationem nec aliud nec quotidie, vt in veterino fluore, sed quibusdam intervallis, à vasis spermaticis in veni fundum & ceruicem descendibus, estque in simplici album, ferolum, omnis expert graueolentia & acrimonia: ac omnino paucum: quod verò in iis per fecundam est Gonorrhœam continenter ferit via veni fluore, sed modò crassius, sed modò crassius est & modò album, modò flauum aut virelens, odore graui molestum, & acre & exodens, sæpe numero in pudendo vlcus generans, ab veterino fluore discrepat, quod hic ab hypogastrio, illud à spermaticis vasis prodeat, quodque prurientibus mensibus non definit sed cum iis & mox ab iis similiter perseueret, nec vlla sefe produnt fluoris veterini indicia, sed panis huiusmodi apparent argumenta. Sedem habet potissimum in vase ejaculante atque tubâ vteri, ex quorum radice producit exiguis & gracillimis furculis valde anfractuosis qui lateratiter perperam vterum, ad vterum eius ceruicem producit.

GONORRHOEA simplex vt cognita curata facilis est si tamen diatâ committente, quæ & venæ abstinencia non sanetur, priûs infecto refrigerantē enemate ad venæ cubiti sectionem confugiendum est, quâ plethora si quæ subest morbum fouens, vacuabitur, humor ad genitalia partes abiens reuocetur, & vniuersum corpus refrigerabitur. At virulenta quæ pluribus post impurum coitum diebus aliquando apparet & à nondum contaminatâ muliere contrahi potest vt in mulieribus diffusiâ agnoscat, ita ægrius etiam cognita causâ in viris & mulieribus perlanatur: quæ propter sui turpitudinem, dolorem, mictionis difficultatem, colligationis periculum & liberorum procreantem, quæ profusâ impetâ, haud cunctanter soluenda est. Initio basilicâ secâ secundo atque tercio si morbi magnitudo postulet, nec vires dehortentur: frustra enim tunc temporis propinatur cæcibundis quæ calorem augent in cassum purgatio quantumvis ex solâ cassâ præscribitur, humores commouet qui in partem afflicta comoti facilius elabuntur: diuretica etiam frigida damnantur, ad partem laborantem superfluous ducunt humores, vt eisdem attrahit ad genitales partes è saphenâ sanguinis eductio, morbum auget & in longius tempus protrahit: coitus semper perniciosus est atq; nefandus: adtingentia sunt iniecta siue adnota plurimum nocent, quoniam fecundam illuam coercent, virulentosq; præter naturam fluore suppresso, putredo augetur & in testes refluat humor, qui aliquando epi didymidâ distendit, namque quam penem aut vel scrotum aut inguinum glandulas, tandemque lues per totum disseminatur corpus.

VENARVM autem superiorum præsertim cubiti sectio causam Gonorrhœæ antecedentem tollit, & humores qui in partes illas decliues faciliè labuntur, reuocant, putredini aduersatur, refrigerat, doloris & dispositionis inflammatorie causam auerunt: nec excretionem sistit, imò potius promouet: namque enim oneris parte leuata quod putredine iam inquinatum est alacrius excernit & liberalius effundit: nullus propterea subest metus refluus ad partes internas & supernas, si præsertim alius blanda & refrigerantibus enematis sollicitetur: aer & victus refrigerans paululumque ad siccitatē vergens eligatur: potum det labicus amnis: cibum laetitia ministret: somnos nymphæa salubres conciet. Nulquam tunc aut vitici incumbat æger, nec in molli platâ dormiat, sed potius lumbis supponatur puluinus herbis refrigerantibus refertus. Apozemata viscera tēperant æstuantia, laetitia visio nymphæa, semper vicio maiore incoctis & feminibus frigidis: cerato Galeni refrigerante oxycrato pluries loto liniantur lumbi, pubes, petinæ: in vtrethram hordei, aristolochiæ, nymphææ, solani decoctum in aqua: quæ quidē enuntia vt & cetera quæ progrediēte morbo veniūtur surpan da, nisi præcessent venæ cubiti sectio.

Ergo Gonorrhœa venæ cubiti sectio.

Proponebat Lutetiæ MARTINVS AKAKIA Parisinus. A. R. S. H. M. DC. XXXVII.

DOMINI DOCTORES DISPUTAVRI.

M. Laetolus De Frader.
M. Iacobus Mantel.
M. Nicolaus Mathieu.

M. Carolus de Pri.
M. Petrus Henricus.
M. Iohannes Romani.

M. Gaspar Braier.
M. Nicolaus Henaut.
M. Iohannes Confia.

F.3.P.